

8

Q. D. B. V.

DECANVS ORDINIS PHILOSOPHORVM,

IN

ACADEMIA VITEMBERGENSI;

171
GEORGIVS
MICHAELIS
CASSAI,
COLLEGII EIVSDEM ASSESSOR,
ET HOC TEMPORE,
AVCTORITATE IMPERIALI
COMES PALATINV DESIGNATV,

STRENVIS

PHILOSOPHIAE, AC POETICES
CVLTORIBVS

S P D

APIOPIAN ἔνοι οὐδὲν πρέστες ΕΥΠΙΟΠΙΑΝ: h. e. non facile credere, ueribus cynosturae instar fuisse, e periculis dubitationum fluctibus emer-
gendi, et ad tutissimum portum ueritatis perueniendi, ingeniosissimus
perhibet DANNHAVVERVS. Et licet notiones istae uarios admittant si-
gnificatus, pro materia tamen substrata, sicut *dixi* dubitationem et lubricam infert
opinionem: ita *euologia*, Philosophorum principe haud dissentiente, certam, omnisque
dubitacionis expertem, cognitionem eius; qui scientiae facultatem est confecutus, in-
nuit. Veritas autem laudati estat, cum sole meridiano sit clarior, laboriosa non in-
diget confirmatione. Nam ueluti, qui, re non sati perspecta, facile credit, eadem
facilitate in errorem inducitur, et pro iuponē nubem applexatur: ita, qui afflensum,
donec in rei intimā penetraverit notitiam, suspendit, explorata ueritatis fructum
reportat. Haud ignarus regiae istius uiae B. WALTHERVS, Praeceptor post fata uer-
andus, Philothecis Studiosorum hanc inscrebat gnoma: *Nisi atque artus Sapientiae sunt non temere credere.* Hoc uile monitum, ingenuus ciuidem auditor, dum
in fucum sanguinemque coqueretur, ab encomiate, qui diuum, quod iudicandi a-
crimoniam, cum solerti MAMERTO contendebat, decenti laude est ornatus. Ex hoc
fonte nuper celeberrimus iustitiae Sacerdos, ubi neque lex peculiaris, neque ratio ae-
quitatis stringat, missis maiorum placitis, ut in rei ueritatem studiose inquiramus, gra-
uiter monebat. Longe uero a nobis abit, ut, hac methodo, monstroso ueterum Phi-
losophorum comprebemus, uel septulas resuitemus opiniones, quorum menetum SE-
NECA his complexus est uerbis: *Audi, quantum mali faciat nimia subtilitas, et quam
infestaueritatis sit.* PROTAGORAS ait, de omni re in utramque partem diffutari
posse ex aequo: et de bac ipsa: *an omnis res in utramque partem diffutabilis sit?* NAV-
SIPHANES ait, ex his, quae uidenter esse, nihil magis esse, quam non esse. PARME-
NIDES ait, ex his, quae uidenter, nihil esse in uniuscum cetero. Epist. 88. p. 744. Quo
minus tamen his CARTESIUM annumerem, scopus, quem sibi fixerat, uetat. Neque
enim animus ipsi fuit, ut perpetuis dubitationum fluctibus uxaretur, sed, hi supera-
tis, tranquillum ueritatis portum contingenter. Cum autem siam methodum plus in-
sto extenderit, VELTHEMIO iudice, merito uaplat.

Verum, ut, dicta haec, praxi quadam illustrerentur, in ueritate illius problemati-
cis: *Vtrum Poetae nascantur, nec ne?* diuina annente gratia, pro instituti ratione,
animus est inquirendus. Et sane, si res accuratius expendatur, nasci potius, quam fieri
Poetas, asserendum erit. Circumspice quoelibet, quotquot unquam sol uiderit, adhucdum
uider, uel uisus est artifices, quilibet aptum, cui artis suae formam imprimat, exigit
Subiectum. PHIDIAS, statuarius peritus, SENECA teste, *non ex ebore tantum, sed
ex acre faciebat simulacra: si marmor illi, si adhuc uiliorem metuere obratisses, se-
effet, quale ex illa fieri optimum posset.* Non tamen ex omni ligno sit mercurius. E-
quorum, canumque ad saltandum, auium ad canendum, uel uenandum, formatores,
non adhucito selectu, oleum operamque perdunt. Pari ratione, si diuinam stipiti in-
fillare tentauerit Poetin, ad situam magis, quam ad lyram nato, ne tantillum profici-
cies. Noctes diesque in hoc desuiles studio, nisi mentis acumen praefans, imaginatio-
nesque felices tibi fuerint, laterem lauabis. Solertissimos in hac arte admoyses
magistros, celebrerrima aedas lycea, natura relucentiae, nil aedificabitis. Hic namque
illud Poeta obtinebit:

*Paros flolidum si quis transmittat asellum,
Qui fuit hic aenus, non ibi fiet equus.*

Nec cum impetu de ponte praecepitandi, qui eruditio, cum diuino PLATONE,
reminiscientiam illorum duxat, quae, anima corpori, cacco ueluti carceri, immulta,
obliuione erant obfuscata, esse existimat. Vnde sua sponte fluit, non demum labore fieri,
sed nasci Poetas. Illud quoque multis non adeo uideretur incredibile, formis, ex mente,
ut receptum est, PYTHAGORAE, domicilio priori relicto, in aliud migrabitibus, prae-
stantissimi Poetae animam aliqui contingere, quem nasci Poetam, quis inficias ire?

An-

Animam quippe, a suo diuulsam habitaculo, apparatum, quo imbuta erat, noritiae, non
deperdere, sed in hoc quoque statu retinere, praeter consensum Sapientum, diuiniores
etiam literae stabilire uidentur. Diues namque luco, post funera, fratres, cum
quibus indies genio indulgebat, in recenti gerezat memoria. Accedit, quod idem sa-
cer, inuidiae ueritatis, codex, μεταφορά Pythagoricae patrocinetur. Herodes eti-
am Baptista, in custodia, capite truncato, auditio, Christum tot stupendis inclarefce-
re miraculis, confernatus hallucinabatur, annon ipse esset Iohannes, idque ratione-
nima, quam in Christum transisse, sibi persuadebat. Nec alia mens illis erat, qui
Christum ex antiquis Prophetis aliquem esse existimabant. Ex adductis itaque pon-
derosis hucusque momentis euictum conlamentumque esse arbitror, nasci Poetas, non
nero tales fieri ope informationis et exerciti.

Verum enim uero, et si, adducta haec uota momenta, uolatilem quandam in animo gi-
gnant opinionem, Poetas, quamprimum in lucem edantur, arte Poetica esse instruc-
tios, nihilominus tamen, hunc leuecum assensum cum formidine oppositi luctari, rationes fat-
uialidas, quae in contrarium militant, euincere uidentur. Ita quidem fieri, non nasci
Poetas, efficacissimum Philosophi effatum penitus conficit. Allerit namque ille, ani-
mam esse inflar tabule rafae, cui nihil sit scriptum, omnia tamen scribi posse. Quo
ariete ponderosissimo, lubricum praeceptoris, de reminiscencia placitum, auditor, me-
liora edocere, funditus prosterit. Sublitrui porro laudato ARISTOTELIS asserto in-
concluimus πέρι της τεχνής, quae, λέγεται praefente, foecunda ueritatis mater nutrixque
benigna, optimo iure, salutatur. Quotidiana profecto docet experientia, praeuia ab-
sente institutione, altum de perito Poeta fore silentium. Qui uero manifestam ne-
gligunt experientiam, et ad elumbes se se recipit argutias, prudentum sententia, minus
sapere censemur. Insuper, si naturae propensio sufficeret, ut Poetae nasci patentur,
disciplina, non ex Poetica modo, sed omnibus artibus uniuersae esset proscribenda. A-
put etenim idoneumque fundamentum omni institutioni est substruendum. Cui
bono itaque πάθον, a perito quoque, tantopere uregetur, si φύσις ad τέχνην sufficeret? Iu-
uat CRATEM, Thebanum Philosophum, Athenienses perstringentem, audire: *Quor-
sum ruitis, Cives, qui omne studium in pecunia collocatis; liberorum uestrorum curam
nullam sufficiatis?* Eadem mens quoque fuit TVLLIO: *Nadum praefeo, inquit, manus meli-
us offere munus Reip. poteris, quam si doceas et erundas inuentorem.* Neque ex hoc iniuncto
ueritatis praefidio spectre Pythagorica, uel aliorum inania nos perturbabunt phantasmata.
Manium namque, ex uno in alterum diuerorum, peregrinatio, urpote infinitis difficultatibus et inconuenientibus obnoxia, nondum est admissa. Et hinc eadem, qua admittitur faciliter, etiam depellitur. Denique quod diuinioris Codicis uenerandam auctorita-
tem attinet: non abnuimus, eundem erronea quorundam recitare deliria, quod uero siuum
his adiiciat calculum, nunquam largimur. Quamobrem, ex acriter haec uota dilupatis,
indubitate inferunt, πάθον atque αἴστον, non uero θεόν diuinos procreare Poetas.

Nihilo feci tamen, si dicendum, quod res est, inter dissidentes, quas hucusque ex-
aminauimus, opiniones, uix tantum licet reprehendere hostilitatem, quin, aequo ad-
hibito moderamine, quam amicissime conspirent. Philosophorum principes, ad foli-
dam robortamque eruditioem, quam ἡγεμονία vocat, πάθον, πάθητωνque αἴστον invenit
exigit. Ita quidem, ut natura basin subfruatur, disciplina huic superadficet, usus de-
mum totam absolutam structuram. Exquisita haec, solidas eruditiois, principia, tam
arcto inter se connexa sum iniculio, ita, ut quod SALLVSTIVS de animi et corporis
uiribus statuit: *uerumque per se, inquit, indigens, alterum alterius auxilio ueget;* hoc
iure optimo trahi posfit. Nam nec natura absque disciplina, nec haec, uero semoto, ad
solidam sufficit eruditioem, triplicatus hic funiculus indistractus sit, necesse est. Et
quamuis natura ualidior arte esse videatur, cum, uel furca expulsa, usque recurvar;
tantam nihilominus uim esse disciplinae, ut naturam, interduum in diuersum tenden-
tem, retrahat et in ordinem redigat. Fidem dictis SOCRATES suo facit exemplo,
qui cum, ex vultu corporisque lineamentis, summae improbitatis argueretur: *talem,*
inquit, me natura formauit; at emendauit correxitque disciplina. Si felicissimum
ingenium, cultura neglecta sterilecit, sibique relictum, noxias monstrofarrum opinio-
num

num profert herbas. Non proinde ingenium et eruditio ita connectuntur, ut praesente uno, alterum quoque statim ponatur. ENNIVM quidem tritus uersus ab ingenuo laudat, eruditio nemen tam ei dubiam facit: ENNIVS *ingenio maximus, arteridis.* Nec rarum est, summa ingenia uariis casibus, potissimum onerofa egfare, adeo mergi, ut exitiosum naufragium experiantur. Id quod acuto Emblemate ALCIATVS adumbravit, cum inscriptione:

Dextra tenet lapidem, manus altera sustinet alas:

Vt me pluma leuat, sic graue mergit onus.

Ingenio superas poteram uolitare per auras,

Me nisi paupertas innida deprimeret.

Laudatum Emblemata, in aditu Lyci KAESSMARCIENSIS, ad montes Carpaticos, superioris HVNGARIAE, supra ianuam pictum, sed leuiter immutatum, conspicitur. Quodsi sublimia, quae paupertate premuntur, liberaliter promouerentur ingenia, copiosam eruditorum messem quelibet terra produceret, sequente Disticho spem faciente:

Sint Maccenates, non deerunt crede Marones:

Et tibi Virgilos uel tua rura dabunt.

Quapropter, cum nec natura sola peritos proreer Poetas: nec disciplina atque usus, illa remota; id praefastare ualeant, ineuitabili quadam necessebit concluditur: *nec nasci, nec fieri; sed nasci simul et fieri diuinos Poetas.* Id quod erat demonstrandum.

Non tamen foli hoc gaudent priuilegio Poetae, sed de aliis quoque, artificibus praestans, tissimi et Philosophis subtilissimi, non minori iure era promouandum: *φόρος μαθητῶν* atque *απονομή*, ad corundem formationem, mutua opera, pariter concurresse. Et sic prilegium, quod, ratione peculiaris originis, sibi arrogabant Poetae, penitus euaniuit.

Cui bono uero haec tam prolixie disputantur? Scilicet, nondum, ut plerisque uidetur, natura confinuit, nec uires rerum elanguere. Adhucdum natura, mater benigna, in omni eruditio generu praecella profert ingenia, que facile ueteribus dubiam reddenter palmam. Nec hodie ingeniosissimi POETAE, uel clarissimi exulant PHILOSOPHI. Et licet, iam suo tempore, CICERO querebatur: *Langues, inquit, iuuentus, nec perinde, atque debet, in laude et gloriae cupiditate uersatur.* Pace purpurea patri, contrarium autem statueru: *Viget floreque iuuentus, ac perinde, atque debet, in laude et gloriae cupiditate uersatur.* Vix proinde strenui Philosophiae ac bonarum Artium cultores, quibus non modo elegantissimum natura contulit ingenium, sed illud quoque, assiduo labore ac industria, egegie excoluitis, optimisque imbutis literis, uos, inquam, digna encomia: uos debite eruditae uirtutis, praemia: uos summi in diuina POESI ac ueneranda PHILOSOPHIA expectant honores ac priuilegia splendissima. Iam adlef, auctoritate publica instructus, et communibus suffragiis hue designatus, BRABEVTA, qui insignem uirtutem uestram, meritaque examia, POETICA ac PHILOSOPHICA LAVREA, in solenni Panegyri, Domino annuente, die XVII. Octobris a.c. ornare, praemiare ac condecorare, est quam paratisimus.

Adeste proinde, VIRI IVVENESEque Honoratissimi, Athletac exercitatisissimi, adeste, inquam, alaces et frequentes. Proferante ad coruca bracea POETAE ingeniosissimi: ad summos uolitatem honores PHILOSOPHI subtilissimi, uelutque clarissima NOMINA multi, iusto tempore, indicate, animique desideria, haud gratuatin, exponite. Me totum uelut splendori, commodis ac honoribus obstrictissimum, lubens meritoque profitcor.

Tu uero clementissimum Numen, fac supplicibus famulis gratiam, nosque, et, qua patet, orbem Christianum, annonae ubertate benigna, aeris desiderata salubritate, paceque exoptatissima gratiisse exhilares, ita, ut sub uirent semperque florente SAXONIS RVFA, Academia grata sentiat halcedonia, maximaque sumat incrementa.

P. P. ipso anniuersario uisitatione MARIAE facro, Anno reparatae, per CHRI-

STVM, salutis MDCCXII.

VITEMBERGAE,
LITERIS CHRISTIANI SCHROEDTERI, ACAD. TYP.

Amr



Farbkarte #13



Q. D. B. V.
DECANVS
PHILOSOPHORVM,
IN
A VITEMBERGENSI,
ORGIVS
HAELIS
ASSAI,
EIVSDEM ASSESSOR,
HOC TEMPORE,
RITATE IMPERIALI
ATINVS DESIGNATVS,
STRENVIS
HIAE, AC POETICES
ULTORIBVS
S. P. D.